© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

Revisio Glumacearum serbicarum.

Auctore: **Dre Prof. L. Adamović** (Belgrad).

Enumeratio haec continet omnes glumaceas, quae e Serbia adhuc notae sunt. Unamquamque speciem examinavi et cum affinibus ex Europa media et australi comparavi. Species, quae hactenus e Serbia haud cognitae erant, in elencho hoc asterisco anteposito notatae sunt. Observationibus amplis diu secutis et studio accurato mihi contigit extensionem verticalem specierum confirmare et comprobare.

Gramineae.

Erianthus Rich.

E. strictus Host. (— *E. Ravennae* Herb. Panč!) Ad margines vinearum circa Kladovo, Visoka et Negotin, in planitie et in collinis. ♃

Andropogon L.

A. halepensis (L.) Brot. (*Sorghum halepense* Pers.) In campis, arvis, in otiosis et in vineis planitiei, regionis collinae et submontanae. ♃

A. Ischaemum L. In pascuis collinis apricis saxosis usque ad regionem submontanam totius territorii. ♃

A. Gryllus L. In iisdem locis cum praecedenti in omnibus formationibus stepposis. ♃

Tragus Hall.

T. racemosus (L.) Desf. In arenosis, ad vias, in locis incultis et otiosis planitiei et regionis collinae. ☉

Panicum L.

P. crus galli L. In ruderatis et inter segetes, ad vias et in incultis planitiei ad regionem submontanam usque. ☉

P. glabrum Gaud. In arenosis, ad margines viarum, in arvis et campis planitiei et regionis collinae. ☉

P. ciliare Rets. In campis et arvis, in hortis et ad vias planitiei et regionis submontanae totius territorii. ☉

P. sanguinale L. Promiscue cum antecedenti in iisdem locis regionis infimae et collinae totius territorii. ☉

Setaria P. Beauv.

S. verticillata (L.) P. Beauv. In arvis, campis, locis otiosis et incultis nec non ad margines viarum totius territorii usque ad regionem montanam. ☉

S. glauca (L.) P. Beauv. In humidiusculis arenosis nec non inter segetes et in cultis planitiei et regionis submontanae. ☉

S. viridis (L.) P. Beauv. In otiosis et in incultis, in campis, hortis et arvis nec non ad vias totius territorii ubique vulgaris ad regionem montanam usque. ☉

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

Phalaris L.

Ph. arundinacea L. In aquis stagnantibus et lente fluentibus, in paludosis et in uliginosis planitiei. ♃

Anthoxanthum L.

A. odoratum L. In pratis, in graminosis, pascuis siccis et humidiusculis a planitie ad regionem subalpinam usque totius territorii. ♃

Alopecurus L.

**A. arundinaceus* Poir. (*A. ventricosus* Pers., *A. ruthenicus* Wein.) In pascuis et in graminosis planitiei, regionis collinae et montanae circa Pirot, Negotin et in m. Zborište (Adamov.). ♃ Ab affini *A. pratensi* differt rhizomate repente, vaginis supremis dilatatis culmos laxe amplectantibus, glumis apice oblique acutatis divergentibus, glumella acuta, arista glumam subsuperanti infra medium dorsum inserta.

A. pratensis L. In pratis, locis incultis graminosis, ad vias et in otiosis totius territorii a planitie ad regionem praealpinam usque. ♃

A. fulvus Sm. In paludosis, fossis et ad aquas stagnantes et lente fluentes planitiei ad regionem montanam usque. ♃

A. geniculatus L. In paludibus, aquis lente fluentibus, stagnis, fossis et pratis humidis planitiei, regionis submontanae et montanae. ♃

A. agrestis L. In pascuis et in graminosis siccis apricis regionis infimae et submontanae totius territorii. ☉

A. utriculatus Pers. In pratis humidis, in graminosis et herbidis planitiei et regionis submontanae. ☉

Crypsis L.

C. alopecuroides Schrad. Ad margines agrorum et viarum, in otiosis et locis incultis, fossis et graminosis planitiei et regionis collinae. ☉

Var. tenella Panč. *Herb.* recedit a typo gracilitate et foliis supra pilosis. In arena mobili planitiei ad Kladovo.

C. schoenoides Lam. In graminosis et ad vias circa Aleksinac, Niševci, Niš, Leskovac, Vranja, Pirot et Prokuplje in regione collina. ☉

C. aculeata Ait. (*Phleum schoenoides* Jcq.) In arenosis subhumidis salsis ad Biljeg (distr. toplic.) ☉

Phleum L.

**Ph. graecum* Boiss. *et* Heldr. (*Ph. exaratum* Grsb. non Hochst!) In vinetis, in pascuis apricis saxosis regionis collinae ad Vranja (Adamov.) ☉

Ab affine *Ph. exarato* Hochst. differt foliis omnino glabris, spicis elongatis, glumis apice divergentibus nec rectis, glumella quinquenervi nec trinervi.

Ph. asperum Vill. In graminosis et in herbidis ad Bajina Bašta, Niševci, Niš, Pirot, Leskovac et Vranja in planitie et in regione collina. ☉

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

Ph. arenarium L. In pascuis apricis imprimis arenosis regionis collinae et planitiei ad Biljeg (distr. toplic.) ⊙

Ph. pratense L. In pratis, graminosis, herbidis et in pascuis humidiusculis totius territorii ad regionem praealpinam usque. ♃

Var. nodosum L. (pro spec.) In iisdem locis ac forma typica imprimis in regione montana et praealpina.

Ph. Michelii All. In pascuis saxosis, in pratis et devexitatibus regionis montanae et praealpinae. ♃

Ph. serrulatum Boiss. (*Ph. Boehmeri* Wib. var. *ciliatum* Grsb.) In saxosis et rupestribus nec non in graminosis et pascuis siccis regionis collinae ad montanam usque. ♃

Ab affine *Ph. Boehmeri Wib.* distinguitur culmis usque ad apicem fere foliosis, foliis latioribus culmeis longioribus, spiculis majoribus, glumis ciliatis et longius mucronatis.

Ph. alpinum L. In pratis et pascuis praealpinis et subalpinis m. Golija Planina, Kopaonik, Strešer et Stara Planina. ♃

Cynodon Rich.

C. Dactylon (L.) Pers. Ad vias, in locis incultis, in otiosis, desertis, in campis, arvis et in cultis totius territorii ad regionem praealpinam usque. ♃

Beckmannia Host.

B. eruciformis (L.) Host. In pratis, ad fossas et in graminosis humidiusculis circa Jagodina, Niš, Vranja, Leskovac, Pirot, Prokuplje et Kuršumlija in planitie et in regione collina. ♃

Leersia Sw.

L. oryzoides (L.) Sw. (*Oryza clandestina* A. Br.) In aquis stagnantibus et lente fluentibus, in rivis et in paludosis planitiei. ♃

Agrostis L.

A. byzantina Boiss. In pascuis et in graminosis praealpinis et subalpinis m. Stara Planina (Forman.) ♃

Dignoscitur foliis anguste linearibus duriusculis planis, panicula lineari elongata valde contracta interrupta internodiis valde elongatis et praesertim palea bidentata non deficiente.

A. canina L. In pratis, in graminosis, ad margines silvarum et rivulorum a planitie ad regionem praealpinam usque. ♃

A. vulgaris With. (*A. capillaris* L.) In graminosis, in herbidis et pratis totius territorii usque ad limitem superiorem regionis montanae. ♃

A. alba L. (*A. stolonifera* L. p. p.) In pratis et in graminosis, ad margines rivulorum usque ad regionem montanam adscendens. ♃

A. rupestris All. In graminosis subalpinis et alpinis m. Stara Planina, Strešer et Kopaonik. ♃

Apera P. Beauv.

A. spica venti (L.) P. Beauv. (*Agrostis purpurea* Gaud.) In graminosis et in campestribus planitiei et regionis collinae. ⊙

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

A. interrupta (L.) P. Beauv. In graminosis et in herbidis arenae mobilis planitiei prope Kladovo et Vrbica. ⊙

Calamagrostis Rth.

C. epigejos (L.) Rth. In nemorosis, fruticetis et silvaticis regionis submontanae et montanae (rarius etiam praealpinae inferioris). ♃

C. littorea P. Beauv. (*C. pseudophragmites* Bmg.) Ad margines rivulorum et in salicetis prope Gučevo, in regione submontana. ♃

C. arundinacea Rth. (*C. silvatica* DC. *C. montana* Host non DC!) In graminosis montanis m. Povlen, Zborište et Jastrebac. ♃

**var. balcanica* Adamov. Beitr. z. Fl. von Macedon. u. Altserb. (sub *C. montana* Host). A typo differt: foliis anguste linearibus, arista longiore et calli pilis multo brevioribus. In graminosis regionis preaalpinae m. Kopaonik, Suva et Stara Planina.

**C. Halleriana* DC. In graminosis silvaticis montanis ditionis zlatiborensis (m. Zborište, Kobilja Glava, Semegnjevo et alibi) nec non in praealpinis m. Stara Planina (Belan, Vrtibog, Krvave Bare). ♃ (Adamov).

C. lanceolata Rth. In turfosis et spongiosis lacus Vlasina (ca 1200 m.) et stagni ad pedes m. Oblik prope Vranja (ca 900 m.) ♃

Milium L.

M. effusum L. In umbrosis silvaticis regionis submontanae et montanae praecipue Serbiae centralis et septentrionalis. ♃

**M. confertum* Mill. In silvaticis praealpinis et montanis m. Ostrozub, Strešer, Besna Kobila et Stara Planina. (Adamov.) ♃

Saepe cum antecedenti confunditur a quo tamen commode dignoscitur: rhizomate crasso repente densissime squamis vestito, foliis late linearibus elongatis longe acuminatis, panicula pyramidali stricta conferta e summa vagina longe exserta, ramis verticillatis erecto patentibus, spiculis confertis erectis, glumis valde scabriusculis, glumella lanceolata.

M. vernale Marsch. Bieb. In fruticetis et nemoribus ad Brgjani, solo serpentinaceo et in iisdem stationibus m. Seličevica solo schistoso, in regione collina et submontana. ⊙

Piptatherum P. Beauv.

P. paradoxum (Scop.) P. Beauv. In nemorosis et ad margines silvarum regionis collinae et submontanae haud raro. ♃

P. holciforme (M. Bieb.) R. Sch. In saxosis et rupestribus circa Podvrška, Greben, Soko Banja, Bajina Bašta, Vratna et Avala, in regione collina et submontana. ♃

Lasiagrostis Lnk.

L. Calamagrostis (L.) Lnk. (*Stipa Calamagrostis* Wahl.) In rupestribus et saxosis totius Serbiae meridionalis. Stationes maxime septentrionales: Povlen, Kablar et Sto (Krajina) a regione collina praealpinam usque, praecipue in calcareis.

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

**var. Pančičii mihi.* A typo diversa statura minore, panicula colorata, glumis pro more laceris et pilis copiosioribus. — Prope Rogavčina (distr. Krušev.) in rupestribus submontanis.

Stipa L.

**S. Tirsa* Stev. Verz. d. a. f. taur. Halbins. wildwachs. Pfl. p. 367.

var. S. cerariorum Panč. Fl. princ. Serb. p. 738; Addit. fl. serb. p. 235. pro spec. — *S. longifolia* Borb. 1886 differt a typo foliis valde elongatis et palea inferiore in parte summa nudis.

In pascuis apricis siccis saxosis vel arenosis regionis collinae ad Brestovačka Banja, ad Biljeg et in m. Pernatice (teste Herb. Panč.) ♃

Species eximia ab affinibus foliis longissimis angustissime filiformibus convolutis, ligula brevissima et panicula pauciflora statim dignoscenda.

Comparavi plantas serbicas cum speciminibus hungaricis et tauricis mihi a clar. dom. Dr. de Degen benevolenter communicatis et praeter longitudinem foliorum fere nullam aliam differentiam reperi potui. Specimina rossica gaudent foliis multoties brevioribus, nec non paleis linea pilosa usque ad apicem productâ.

Nuper in Macedonia (ad Tessalonicam, teste clar. de Degen) nec non in Bulgaria, in m. Lilin Planina (conf. Velenovsky, Nachtr. 1903 p. 26.) detecta est.

S. Grafiana Stev. In graminosis apricis saxosis regionis collinae ad praealpinam usque m. Rtanj, Pleš, Stô (distr. Krajin.) Vidlič nec non circa Brestovačka Banja, in valle Klepenya ad Greben (Degen) solo calcareo. ♃

Foliis rigidis planis usque ad 3 mm. latis, ligulis elongatis, glumella hirsuta ab affinibus distincta.

S. pennata L. In campestribus siccis arenosis, in apricis collinis saxosis et in rupestribus totius territorii a planitie ad regionem montanam superiorem usque. ♃

S. capillata L. In arenosis, in saxosis et in apricis collinis totius territorii a planitie ad regionem montanam usque. ♃

Aristella Bert.

A. bromoides (L.) Bert. (*Stipa Aristella* L., *Agrostis bromoides* L.) In rupestribus calcareis regionis collinae et submontanae ad Labukov Kamen, Sićevo, Kamenica, Pleš et Pirot. ♃

Phragmites Trin.

Ph. communis (L.) Trin. (*Arundo Phragmites* L.) In paludosis, stagnis, udis et uliginosis nec non in fossis et ad ripas fluviorum totius territorii a planitie ad regionem montanam usque. ♃

Occurit etiam in *var. flavescenti* Curt.

Observatio. Arundo Donax L., quam Pančić erronee in vineis circa Vranja provenire dicit, non pertinet ad plantas in Serbia

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

sponte nascentes, sed colitur raro quidem hinc inde in hortis humidis.

Sesleria Scop.

S. tenuifolia Schrad. In rupestribus et in graminosis saxosis et lapidosis regionis montanae et praealpinae Serbiae meridionalis, sed passim etiam in Serbia septentrionali (Majdanpek, Ravanica.) ♃

S. rigida Heuff In rupestribus et in lapidosis regionis submontanae ad praealpinam usque Serbiae orientalis, solo calcareo. Circa Golubac, Manasija, Omolje, Niš, Bela Palanka, Pirot. ♃

var serbica Adamov. Allg. bot. Zeitschr. 1896. Rhizomate valde elongato tenui vix dense caespitoso, culmis elatioribus, foliis pungentibus infernis culmos aequantibus vel superantibus, spica elongata laxa interrupta. In rupestribus calcareis submontanis circa coenobium Vujan.

S. coerulea Ard. In saxosis et rupestribus regionis montanae (raro submontanae) etiam et praealpinae ad Krstača (supra Rača) in m. Ovčar, Kablar, Kopaonik, et Stolovi. ♃

S. coerulans Friv. (*S. marginata* Grsb. In graminosis et in devexitatibus subalpinis et alpinis m. Kopaonik et Stara Planina. Solo siliceo. ♃

**S. Heufleriana* Schur (*S. argentea* Aut. serb! non Savi., *S. transilvanica* Schur.) In pascuis saxosis calcareis regionis praealpinae ad Bele Stene (m. Kopaonik) et Brzeće. ♃

**var. latifolia mihi.* Foliis firmioribus multoties latioribus. In graminosis calcareis montanis et praealpinis m. Rtanj. Suva Planina, Vidlič, Basara, Leskovik, Malinik et Sto (babušn.)

Species haec ab affini *S. argentea* Savi commode distinguitur culmis ad dimidium usque foliatis, foliis sat firmis late linearibus planis, spica cylindrica subdisticha densa virescenti-coerulescenti, arista dimidiam glumellam aequante.

Koeleria Pers.

**K. compacta spec. nova* (*K. vallesiaca* Panč. non Gaud! *K. setacea* Petrov. non Dc!) Caespitosa, *rhizomate bulboso incrassato*, vaginis foliorum emarcidorum *numerosis imbricatis sed numquam in fibrillas solutis*, culmis erectis *sat crassis usque ad apicem fere foliis tectis*, foliis anguste linearibus *planis numquam convolutis basi villosis in parte superiore pubescentibus*, ligulis scariosis sat longis apice laceris, panicula spiciformi cylindrica *compacta*, glumis *inaequalibus* hyalinis scabrido-hirtis, *dorso nervo viridi percursis*, inferiore *breviore et minus acuminata*, superiore majore et longius acuminata, glumella inferiore lanceolati-ovata; nervis pro more *tribus viridibus picta*, *apice acuminata*, glumella superiore, hyalina apice bifida.

Dimensiones: tota planta 15—25 cm. alta, folia (lamina) 5—6 cm. × 2·5—3 mm., panicula 4—5 cm. × 9—11 mm.,

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

spiculae 4·5—5 × 3 mm., gluma longior 4·5 mm., × 1·5 mm., brevior 3·5—4 mm. × 1·5 mm., glumella 3—3·5 mm. × 1 mm.

In graminosis saxosis et in rupestribus montanis calcareis m. Ozren, Leskovik et Pleš, nec non circa Niš. ♃

Species nostra affinis est *K. albescenti* DC. et *K. splendenti* Presl, sed ab utraque differt foliis numquam convolutis mollioribus copiosius vestitis, culmis humilioribus sed crassioribus, panicula contractiore nec non glumis et glumellis diversis. *K. albescens* DC gaudet foliis multo angustioribus pro more convolutis, panicula laxiore sparsa, spiculis, glumis et glumellis multo minoribus. *K. splendens* Presl habet folia angustiora, ligulas truncatas, paniculam ampliorem, spiculas, glumas et glumellas majores.

K. eriostachya Panč. est stirps a nostra omnino diversa, omnibus partibus vegetior, foliis latioribus, culmis triplo elatioribus, spiculis majoribus, densius vestitis etc.

Pančić erronee plantam nostram ut *K. vallesiacam* Gaud. enumerat (Fl. princ. Serb. p. 742) quae in Europa austro-orientali non provenit et quae jam vaginis in fibras anastomosantes solutis a nostra longe discrepat! In Herbario Pančićii occurrit tamen specimen unum ad veram *K. vallesiacam* pertinens (Herb. N. 1196.) sed Pančić ipse manu propria ibidem adnotavit: «*culta, probabiliter semina Bare aut Leskovik*» quod certe falsum est, nam specimina authentica e m. Leskovik a mentionata planta e seminibus producta toto coelo abhorrent. Persuasum habeo *K. vallesiacam* «cultam» e seminibus helveticis aut gallicis productam esse.

**K. Simonkaii* Adamov. Beitr. Z. Fl. v. Maced. u. Altserb. in Denkschr. d. Kais. Akad. d. Wiss. Wien, Bd. LXXIV. p. 4. (*K. rigidula* Simk. non Steud!)

In graminosis siccis apricis saxosis nec non in rupestribus regionis collinae et montanae Serbiae meridionalis et austro-orientalis ♃ (Adamov.)

Ab affini *K. gracili* Pers. distinguitur rigiditate, foliis glaucis rigidissimis, glabris margine tantum scabris vel minute serrulatis, albido cartilagineis, caulinis patentibus basi valde angustatis, et utrinque auriculatis, panicula contractiore ramis brevibus densis, glumis lineari-lanceolatis sensim acutatis haud variegatis.

K. nitidula V. l. Fl. Bulg. p. 611. In apricis saxosis collinis ad Pirot, Niš, Prokuplje et certe alibi in Serbia meridionali. ♃ (Adamov.)

Similis et affinis praecedenti sed tamen diversa foliis haud glaucis sat mollibus, glabris vel radicalibus parce puberulis, caulinis valde elongatis basi angustatis, panicula laxa praesertim sub flore expansa valde lata ramis ramulisque tenuibus longis laxis, spiculis subminoribus glabris, glumis glumellisque maxima ex parte hyalino scariosis nitidis dorso viridibus.

K. gracilis Pers. In saxosis, pascuis siccis et in rupestribus Serbiae centralis et meridionalis, a regione collina ad montanam usque. ♃

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

*K. *montana* Dalla Torr. In devexitatibus et in graminosis praealpinis et subalpinis m. Stara Planina, in pago dicto Vrtibog. (Adamov.) ♃

A praecedenti statura majore, panicula laxiore pauperiore, spiculis majoribus et praesertim glumis violaceo coloratis distinguenda.

K. glauca D. C. In arena mobili ad Kladovo, Gradište, Ram et Usje nec non in graminosis arenosis collinis ad Belica prope Jagodina. ♃

K. eriostachya Panč. Verz. d. i. Serb. wildwachs. Phaner. p. 117. — Additam. fl. serb. p. 237. (*K. grandiflora* Panč. Fl. princ. Serb. non Bert. *K. carniolica* Kern. vidi spec. orig! in Herb. Panč.)

In graminosis praealpinis et subalpinis m. Kopaonik (Gobela, Kopaon, Karaule) Čemerno, Stolovi, Zlatibor (Panjak), Golija, Strešer (Besna Kobila), Suva Planina et in toto tractu m. Stara Planina.

Caespitosa, rhizomate brevi, culmis rectis *basi vaginis dense et molliter pilosis longe involucratis*, superne glabris aut apicem versus molliter pilosis, foliis linearibus planis facie glabris et *margine tantum breviter ciliatis*, inferioribus *valde elongatis, superioribus attenuatis vaginis subaequilongis, ligulis elongatis profunde laceris*, panicula spiciformi cylindrica elongata *sat densa, rhachide molliter pilosa*, spiculis *violaceo variegatis dense et molliter pilosis*, glumis subaequalibus, ovato-lanceolatis acutatis, inferiore spicula haud breviore, glumella lanceolata acuminata dorso nervo viridi percursa caeterum hyalina.

Dimensiones: culmi 25—50 cm., folia 2—3 mm. lata, panicula 6—10 cm. × 1—1·5 cm., spiculae 5—6 mm. longae, gluma inferior 5 mm. longa.

Notis praepositis longissime a *K. cristata* Pers. et a *K. grandiflora* Bert. discrepat; prior distinguitur vaginis radicalibus parce et obsolete pilosis, foliis angustioribus margine longe ciliatis, ligulis brevioribus truncatis, panicula breviore minus densa pro more interrupta, spiculis minoribus parcius pilosis, rhachide subglabra, glumis subglabris vel ad nervos tantum ciliatis et glumellis subnudis. *K. grandiflora* Bert. est insignis foliis brevioribus rigidis, ligulis biauriculatim dilatatis, panicula parcius spiculata, spiculis strictis, rhachide parcius vestita et glumis subglabris.

Erronee collocaverunt Ascherson et Graebner (Synops. d. Mitteleurop. Flora II. Bd. 10. Lief. p. 365) et Nyman (Conspect. Fl. europ. p. 816.) speciem hanc in sectionem *Lophochloa* Rchb.

*K. *hirsuta* Gaud. In pascuis praealpinis m. Stolovi Serbiae austro-occidentalis.

Specimen unicum in Herbario Pančićii e statione mentionata vidi. Ipse plantam hanc in Serbia non observavi. Non est esclusum specimen hoc errore quodam Pančić e Serbia provenire putavisse.

Aira L.

A. capillaris Host. (*Avena capillaris* Mert. u. Koch). In graminosis siccis apricis saxosis regionis collinae et submontanae Serbiae

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

orientalis (Donji Milanovac, Gornjani, Negotin, Brestovac, Zaječar et certe alibi) nec non Serbiae meridionalis (Dobrača, Bajina Bašta, Niš, Prokuplje, Kuršumlija, Raška, Leskovac, Vranja, Pirot, Knjaževac). ⊙

A. caryophyllea L. (*Avena caryophyllea* Web., *Aira Hostii* Steud.) In pascuis saxosis et in arenosis Serbiae septentrionalis et orientalis. ⊙ (Adamov.)

Deschampsia P. Beauv.

D. caespitosa (L.) *P. Beauv.* (*Aira caespitosa* L.) In pratis et in graminosis montanis et praealpinis totius territorii. ♃

D. flexuosa (L.) Trin. (*Aira flexuosa* L., *Avena flexuosa* Leers.) In pratis nec non in graminosis silvaticis regionis praealpinae et subalpinae m. Golija Planina, Kopaonik, Strešer, Besna Kobila, Vlasina, Suva Planina et Stara Planina. ♃

Holcus L.

H. mollis L. In graminosis silvaticis regionis montanae et praealpinae m. Golija Planina, Čemerno, Kopaonik, Strešer, Suva Planina, Jastrebac et Stara Planina. ♃

H. lanatus L. In pratis praesertim humidis, in rivularibus et in uliginosis a planitie ad regionem praealpinam usque totius territorii. ♃

Arrhenatherum P. Beauv.

A. avenaceum (Scop.) P. Beauv. [*Arrhenath. elatius* (L.) Mert. et K., *Avena elatior* L., *Holcus avenaceus* Scop.] In pratis et in herbidis a regione submontana ad praealpinam usque m. Stara Planina, Suva Planina, Strešer, Jastrebac, Kopaonik, Golija et in montibus ditionis Zlatibor. ♃

Avena L.

A. fatua L. Inter segetes, in campestribus et in otiosis regionis infimae et collinae totius territorii, sed praesertim Serbiae meridionalis. ⊙

A. planiculmis Schrad. In pratis montanis et praealpinis m. Tara Planina (Ivica), Miloševac, Maljen, Golija, Kopaonik, Željin, Stolovi, Suva Planina, Rtanj et Stara Planina. ♃

Culmis inferne a vaginis compressis, foliis planis late linearibus breviter acutatis, ramis paniculae strictis spiculas 2—4 gerentibus, spiculis violaceo-variegatis 5—8 floris glumis valde inaequalibus etc. ab affinibus statim dignoscenda.

A. pubescens Huds. In pratis siccis nec non in graminosis planitiei, regionis collinae ad praealpinam usque. ♃ Forma typica occurrit in m. Rtanj, Leskovik, Ozren, Pleš, Suva Planina, Vidlič, Basara, Kukla et certe alibi.

var. diantha Heuff. In arena mobili ad Ram et supra Gradište.

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

var. monticola Vel. Fl. bulg. p. 608. In lapidosis subalpinis m. Kopren (Stara Planina). Spiculis semper bifloris praecedentem varietatem revocat sed ab ista distinguitur foliis radicalibus valde elongatis, glumis nitidis acutato-attenuatis.

A. amethystina Clar. (*A. sesquitertia* L., *A lucida* Bert.) In graminosis praealpinis et montanis m. Suva Planina. ♃

A specie antecedenti differt praesertim spiculis majoribus pro more 2—3 floris, glumis majoribus trinerviis et glumella inferiore aristata.

A. compressa Heuff. In pratis siccis regionis collinae et submontanae circa Kragujevac, Tekija, Brestovac, Niš, Vranja et Pirot. ♃

Culmis erectis sat gracilibus *inferne vaginis compressis laevibus involucratis*, foliis brevibus planis linearibus *utrinque glabris*, ramis *paniculae brevibus*, spiculis 4—5 florins *brevissime pedicellatis*, glumis *elevatim trinerviis*, axi *elongata nuda* callo infra basin flosculorum *brevissime piloso*, glumella elevatim *quinquenervia* fuscescenti, palea ciliata.

Notis praepositis ab affinibus (*A. pratensi*, *A. planiculmi* et *A. pubescenti*) commode dignoscitur.

A. pratensis L. In graminosis et pascuis regionis montanae et praealpinae ditionis Zlatibor (Koziji Hrid) m. Golija Planina et Kopaonik. ♃

**var filiformis* mihi, a typo differt culmis depressioribus, foliis multo angustioribus fere filiformibus et longioribus. In pratis montanis saxosis m. Povlen.

A. Scheuchzeri All. (*A. versicolor* Vill.) In devexitatibus regionis subalpinae et alpinae totius tractus m. Stara Planina. ♃

A. Blauii Aschers. et Jnk. In rupestribus calcareis et serpentinaceis regionis submontanae et montanae Serbiae austro-occidentalis (Užice, Zlatibor, Derventa, Zvezda, Crvi Rzav, Košlje, Koziji Hrid). ♃

Plus minus *dense caespitosa*, Rhizomate brevi, culmis erectis *asperis*, foliis scabridis *lineari-filiformibus valde elongatis convolutis*, vaginis adpressis scabris, *ligulis elongatis* acuminatis, *panicula elongata*, *ramis abbreviatis tantum unispiculatis*, spiculis pro more 4—5 floris, glumis trinerviis *inaequalibus* dorso asperis margine hyalino-albidis, glumella viridi apice et margine hyalina.

Dimensiones: culmi 30—50 cm., folia 20—30 cm. × 2 mm., ligula 3·5—4 mm., panicula 12—18 cm. longa: spicula 3 cm. longa, gluma inferior 1·5 cm., superior 2 cm. longa.

Spectat in affinitatem *A. compactae* Boiss. et Held. (*A. Neumayerianae* Vis.) a qua notis praepositis nec non area geographica discernenda est.

Trisetum Pers.

T. rufescens (Panč.) Adamov. in Catal. de grain. d. Jard. bot. d. Belgrade 1903 (*Avena rufescens* Panč. Addit. ad fl. serb.

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

p. 238.) In spongiosis et in turfosis praealpinis lacus Vlasina in consortio *Calamagrostidis lanceolatae*. Dom. Tričković detexit porro plantam hanc sub m. Plana haud procul a loco classico (vidi specimen Tričkovićii in Herb. Panč. N 1151.) ♃

Perenne, rhizomate breviter repenti, culmis erectis *valde elatis*, foliis planis latiuscule linearibus, vaginis inferioribus *longe pilosis*, ligulis *sat longis apice ciliatis vel denticulatis*, panicula ampla abundanti *lax iuscula*, ramis inferioribus subverticillatis plurispiculatis superioribus 1—3 spiculatis: spiculis 2—3 floris *rufescentibus*, glumis *membranaceis*, inferiore minervi multoties breviore et angustiore, superiore *trinervi, carina hirtella*, glumella supra medium dorsum arista geniculata obsita, axi *pilis floribus subaequantibus* obsito.

Dimensiones: culmi 100—150 cm., folia 20—30 cm. × 5—6 mm., panicula 15—25 cm. × 8—10 cm., spiculae 9—11 mm. × 5—7 mm., gluma inferior 3—3·5 × 1 mm., superior 5—6 mm. × 1·5—2 mm.

Affine *Tr. flavescenti* sed hoc differt a specie nostra: culmis minus elatis, pubescentibus, panicula minore et magis compacta, spiculis minoribus haud rufescentibus, glumis magis acuminatis nec non pilis axi multo brevioribus.

T. flavescens (L.) P. Beauv. (*Avena flavescens* L., *Trisetum pratense* Pers., *T. splendens* Presl.) ♃

var. serbicum Vel. Fl. bulg. Supplem. I. p. 295. In pratis et in graminosis a regione submontana ad praealpinam usque, ad Markovo Kale, Surdulica, Vlasina, Bukova Glava et in m. Stara Planina. A forma typica differt glumis sensim acutissime attenuatis angustioris, glumellis sensim in aristellas duo attenuatis.

Ventenata Koel.

V. avenacea Koel. [*V. dubia* (Leers) F. Schultz *V. bromoides* Koel, *Avena tenuis* Moench, *Avena fertilis* All.] ⊙

In graminosis et pascuis siccis regionis inferioris et submontanae totius territorii.

Danthonia Lam.

D. calycina (Vill.) Rchb. (*D. provincialis* Lam., *Avena calycina* Vill.) In graminosis, pratis et herbidis a planitie ad regionem montanam usque. ♃

Sieglingia Bernh.

S. decumbens (L.) Bernh. (*Festuca decumbens* L., *Triodia decumbens* P. Beauv., *Danthonia decumbens* Lam.) ♃

In pratis praealpinis et subalpinis Serbiae meridionalis, nec non in devexitatibus alpinis m. Stara Planina.

Melica L.

M. ciliata L. In nemoribus, fruticetis, pascuis saxosis et in siccis apricis collinis et submontanis totius territorii. ♃

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

M. nebrodensis Parl. In rupestribus et in pascuis saxosis regionis collinae et submontanae Serbiae orientalis (Greben, Strbac, Dževrina Stena, Tekija) et austro-orientalis (Knjaževac, Pirot et probabiliter alibi). ♃ (Panč. in nota ad calcem pag. 248 Fl. princ. Serb.).

Tota cinereo viridis, foliis convolutis rigidis, ligulis elongatis panicula spiciformi depauperata laxiuscule subsecunda, glumis magis acuminatis saepe rubellis, glumellis pilis niveis obsitis.

**M. transsilvanica* Schur. In lapidosis, saxosis et in rupestribus ad Donji Milanovac, Golubac et Ram, in regione collina (Adamov.). ♃

Foliis pro more planis, ligulis elongatis acuminatis, panicula spiciformi sat densa, gluma inferiore oblongo-ovata, abrupte apiculata, superiore longiore lanceolata, acuminata, glumellis pictis.

M. altissima L. (*M. sibirica* Lam.). In saxosis et in apricis collinis ad Topčider, Žarkovac, Višnjica et alibi. ♃

M. nutans L. In silvaticis et in fruticetis regionis submontanae et montanae m. Malinik, Rtanj, Suva Planina, Basara et probabiliter etiam alibi. ♃

M. picta C. Koch (*M. nutans* var. *picta* Richt., *M. viridiflora* Czern.). In silvis regionis collinae submontanae et montanae ad Pirot, Knjaževac, Rakovica, in m. Rtanj, Strbac et certe alibi. ♃

Valde affinis antecedenti sed distincta radice dense caespitosa, foliis planis non nitidis, ligula elongata membranacea, panicula pro more simplici, glumis et glumella virentibus herbaceis margine tantum scariosis.

M. uniflora Retz. In umbrosis silvaticis regionis collinae, submontanae et montanae totius territorii. ♃

Briza L.

B. media L. In pratis et in graminosis regionis collinae, submontanae et montanae totius territorii. ♃

**var. elatior* Sibth. Sm. Caespitosa, rhizomate repenti, culmis elatioribus, foliis paulisper latioribus, spiculis majoribus et flosculis horizontaliter divergentibus a typo diversa. In silvaticis montanis et praealpinis m. Kopaonik.

Sclerochloa P. Beauv.

S. dura (L.) P. Beauv. (*Poa dura* Scop., *Cynosurus durus* L.). Ad vias, in locis incultis et in campestribus regionis infimae ad montanam usque totius territorii. ⊙

Eragrostis P. Beauv.

E. pilosa (L.) P. Beauv. (*Poa pilosa* L., *Eragrostis verticillata* P. Beauv.). In ruderatis, campestribus, cultis et in locis otiosis totius territorii a planitie ad regionem submontanam usque. ⊙

E. minor Host (*Poa Eragrostis* L., *Eragrostis poaeoides* Link). In campestribus, ad vias et in ruderatis totius territorii, in planitie et in collinis. ⊙

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

E. major Host (*Eragrostis megastachya* Link, *Briza Eragrostis* L.). In cultis, ad vias et in ruderatis planitiei et regionis submontanae. ⊙

Poa L.

P. annua L. In pratis et in graminosis humidis a planitie ad regionem praealpinam usque totius territorii. ⊙

P. bulbosa L. In graminosis et in pascuis siccis a planitie ad regionem montanam usque totius territorii. ♃

P. concinna Gaud. In rupestribus et in devexitatibus m. Suva Planina, Rtanj, Vidlič, Greben, Sto (Krajin.) Karpina, Pljačkavica, Leskovik, ad Bilješka Crkva et Mokra Gora, a regione submontana ad praealpinam usque. ♃

A praecedenti distinguitur praesertim foliis tenuissime linearibus, culmis humilioribus, spiculis dense congestis, glumis et glumellis dorso sericeis caeterum glabris.

P. alpina L. In pascuis praealpinis et alpinis m. Stara Planina, Suva Planina, Strešer, Kopaonik, Golija Planina, Mučanj, Jvica et Bučje. ♃

**var. badensis* Hnke. In graminosis excelsis regionis alpinae m. Stara Planina in jugo Kopren (Adamov.).

**P. arsina* Vel. Fl. bulg. p. 624. In herbidis regionis alpinae m. Midžor (Stara Planina) ♃ (Adamov.). Caespitosa, culmis tenuissimis superne nudis, radicalibus angustissime linearibus sensim acutatis, superioribus latioribus et breviter acutatis, panicula nutanti densa contracta ramis abbreviatis tenuissimis, spiculis variegatis flosculis 3—5-nis, glumis oblongo-lanceolatis, glumella violacea superne flavescenti-scariosa, acuta.

Valde affinis *P. alpinae*, sed haec differt culmis crassioribus, foliis latioribus, panicula minus densa, spiculis 4—6 floris glumis et glumellis basi virentibus apice minus scariosis.

P. Chaixii Vill. (*P. sudetica* Hnke). In graminosis et in devexitatibus regionis montanae et praealpinae ditionis Zlatibor, m. Golija, Željin, Kopaonik et Mučanj. ♃

P. hybrida Gaud. (*P. sudetica* var. *angustifolia* C. A. Mey. — *P. jurana* Genty.). In herbidis subalpinis et alpinis m. Stara Planina et m. Kopaonik. ♃

**P. cenisia* All. (*P. flexuosa* Wlhb. *P. oreophila* Boiss. Heldr.) In graminosis alpinis m. Tri Čuke (Stara Planina). ♃ (Adamov.)

Rhizomate stolonifero, culmis superne longe aphyllis, foliis linearibus acuminatis, ligulis brevibus, panicula oblonga, spiculis 3—5 floris, glumis acuminatis carina scabris, glumella sericeo-hirta nervis lateralibus obsoletis.

Facie revocat *Poam laxam* Haenke et *P. minorem* Gaud. sed ab utraque commode notis praepositis distinguenda est.

P. violacea Bell. (*Festuca poaeformis* Host, *F. pilosa* Hall.) In saxosis et in rupestribus regionis alpinae m. Kopaonik, Suva Planina et Stara Planina. ♃

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

P. trivialis L. In pratis et in graminosis dumosis totius territorii usque ad regionem montanam. ♃

P. pratensis L. In pratis et in herbidis regionis infimae ad montanam usque totius territorii. ♃

P. compressa L. In herbidis, pascuis pratis et in asperis totius territorii usque ad regionem montanam. ♃

P. fertilis Host (*P. angustifolia* Wahlbg. — *P. serotina* Gaud.) In pratis humidis planitiei, regionis collinae et submontanae. ♃

P. nemoralis L. In umbrosis et in silvaticis, in rupestribus et in lapidosis a regione collina ad praealpinam usque totius territorii. ♃

Catabrosa P. Beauv.

C. aquatica (L.) P. Beauv. (*Glyceria aquatica* Presl. *Aira aquatica* L. *Poa dulcis* Slsb.) In paludosis, in stagnis, irriguis et ad fossas totius territorii ad regionem montanam usque. ♃

Glyceria R. Br.

G. fluitans (L.) R. Br. (*Festuca fluitans* L., *Poa fluitans* Scop., *Molinia fluitans* Hartm.) In fossis, ad ripas in pratis humidis et in stagnis totius territorii, a planitie ad regionem montanam usque. ♃

G. spectabilis Mert. et Koch (*Glyceria aquatica* Wahlb., *Molinia maxima* Hartm.) In aquis stagnantibus et in rivularibus planitiei. ♃

G. plicata Fries (*Poa fluitans* Biv. non Scop.) In paludosis et aquis stagnantibus planitiei fere totius territorii. ♃

**G. nemoralis* Uechtr. In aquis et paludosis planitiei ad Pirot. (Adamov.) ♃ Ligulis laceris, glumellarum nervis tribus tota longitudine glumellae procurrentibus aliisque quaternis alternantibus dimidio brevioribus.

Molinia Schrk.

M. coerulea (L.) Moench (*Melica coerulea* L. *Molinia silvatica* Lnk.) In graminosis et pratis montanis et praealpinis totius territorii. ♃

Diplachne P. Beauv.

D. serotina (L.) Link. (*Agrostis serotina* L. — *Molinia serotina* Mert. et Koch.) In collinis saxosis apricis, in nemorosis et in asperis regionis collinae et submontanae. ♃

Dactylis L.

D. glomerata L. In pratis, graminosis, herbidis dumetis ruderatis et in otiosis totius territorii ad regionem montanam usque. ♃

Cynosurus L.

C. cristatus L. In pratis et in graminosis praesertim humidiusculis a planitie ad regionem montanam usque. ♃

C. echinatus L. In herbidis, pratis et pascuis siccis, in nemorosis et dumetis regionis collinae, submontanae et montanae. ☉

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

Festuca L.*

F. vulgaris Koch. (*F. ovina* L. sens. str — Fl. princ. Serb. — (*F. euovina* Hack. var. vulgaris Hackl Monogr Fest.) In rupestribus et in saxosis regionis collinae et submontanae hinc inde in toto territorio. A Pančićio (Addit. Fl. princ. Serb. p. 242.) indicatur quoque in devexitatibus saxosis m Midžor. ♃

Vaginis omnibus ima basi tantum integris, caeterum fissis, laminis capillaribus vel setaceis non pruinosis, glumis fertilibus aristatis. (Conf. Hackl. l. c. p.) 86)

F. supina Schur. α) *typica* Hackl. l. c. p. 88. (*F. duriuscula* v *alpina* Wimm. — F. ovina v. *sudetica* Kittl.) In saxosis alpinis et in rupestribus m. Midžor. ♃

Vaginis in tertia vel quarta parte inferiore integris, laminis setaceis laevibus, glumis fertilibus 3·5—5 mm longis, brevius vel longius aristatis.

**F. duriuscula* Godr. (*F. longifolia* Thuill.) In rupestribus et in graminosis saxosis ad Pirot in regione submontana (Adamov.) ♃

Vaginis ima basi tantum integris, laminis subjunceis vel junceis rigidis intus 3-costatis, glumis fertilibus 4—6 mm. longis plus minusve aristatis.

F. glauca Lam. (*F. caesia* Sm.) In saxosis et in rupestribus regionis submontanae et montanae ad Pirot. Solo calcareo. ♃ (Adamov.)

Culmis binodibus, vaginis pruinosis ima basi tantum integris, glumellis plus minus pruinosis, 3·5—5 mm. longis, aristatis vel mucronatis.

F. vaginata W. K. In arenosis mobilibus totius planitiei Serbiae septentrionali-orientalis, saepe gregaria formationibus arenosis valde characteristica. ♃

Vaginis plerum queglabris pruinosis, laminis junceis pruinosis, panicula magna laxissima patentissima (fructifera tantum subcontracta) spiculis parvis, glumellis obtusis.

F. valesiaca Koch (*F. valesiaca* Schleich.) *Forma robusta* Hackl. in Herb. Panč. In saxosis serpentinaceis regionis collinae ad Beli Potok et in graniticis ad Tekija. *Forma ciliata* Hackl. in Herb. Panč. in montanis m. Maljen, *Forma rubella mihi* in rupestribus ad Žarkovac (Bele Vode) prope Belgrad. ♃

var. dalmatica Hackl. Monogr. Fest. p. 102. In saxosis et rupestribus ad Beli Potok, Stol, Niš, Brestovac. Elatior, foliis setaceis, panicula lineari-oblonga, spiculis magnis, glumellis longe aristatis.

F. pseudovina Hackl. Monogr. Fest. p. 102. In collinis declivibus ad Slanci Serbiae borealis et in m. Čemerno. ♃

Culmis tenuibus, laminis capillaribus cum vaginis viridibus vel

---

*) Specimina *Festucarum* Herbarii Pančićii a cl. monographo Hackel determinata sunt.

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

glaucescentibus nec pruinosis, spiculis sat parvis viridibus vel violaceo suffusis, glumellis 3—4 mm. longis.

F. taurica Kern. in Hackl. Monogr. Fest. p. 104. In rupestribus graniticis ad Tekija, in regione submontana. Culmis elatis superne scabris, laminis grosse setaceis viridibus nec pruinosis, spiculis 7—8 mm. longis, glumis et glumellis subulato-lanceolatis.

F. sulcata Hackl. Monogr. Fest. p. 104. (*F. duriuscula* Host! non Godr.!) *typica:* In saxosis et ad rupes regionis montanae m. Čemerno, Rtanj et Ozren. ♃

var. hirsuta Hackl. Glumellis tota superficie hirsutis. In arenosis mobilibus ad Usje, Vince et Kladovo.

var. hispida Hackl. Vaginis et laminis hispidis. In rupestribus regionis montanae m. Maljen et m. Rtanj.

F. Pančičiana Hackl. Monogr. Fest. p. 106. In saxosis et in rupestribus regionis submontanae, montanae et praealpinae (sed haud raro etiam subalpinae et alpinae) ditionis Zlatibor (Koziji Hrid, Ribnica, Ivica), Svrljig, Pleš, Čemerno, Stolovi, Kopaonik, Suva Plamina et Stara Planina. ♃

Humilior (20—25 raro 40 cm. alta), ligulis manifeste ciliolatis, laminis grosse setaceis vel subjunceis viridibus vel glaucescentibus nec pruinosis, fasciculis sclerenchymaticis quinis, panicula brevi densa 2—5 cm. longa, spiculis majusculis, glumis lanceolatis vel subulato-lanceolatis, glumellis glabris longe aristatis, arista glumellam dimidiam superante.

Secundum stationem variabilis: in alpibus humilior, panicula brevi densissima, foliis laevibus; in regione montana elatior, panicula majore laxiore, foliis magis scabris. Planta habitu et paniculae forma, et praecipue laminarum structura insignis, tamen formis intermediis cum praecedente conjuncta et etiam interdum ad sequentem vergens.

F. stricta Host. In saxosis et rupestribus submontanis et montanis ditionis Zlatibor. ♃ Laminis subjunceis non pruinosis quinquenervibus, fasciculis sclerenchymaticis in strata 3—9 continua confluentibus, panicula stricta, glumellis lanceolatis superne scabris vel barbulatis.

F. Halleri All. (*F. Gaudini* Kunth. *F. ovina v. scardica* Grsb.) In pascuis siccis saxosis regionis alpinae m. Kopaonik. ♃

Vaginis ad os usque integris emarcidis brunneis mox longitudinaliter lacerantibus et fibras demum irregulariter flexuosas confusasque demittentibus, panicula brevissima plerumque simplice racemiformi, spiculis parvis, glumellis anguste lanceolatis.

F. amethystina L. (*F. mutica* Schleich., *F. inarmata* Schur.) In pascuis saxosis praealpinis ditionis Zlatibor et in subalpinis et alpinis m. Kopaonik et Stara Planina. ♃

Culmis robustis erectis, vaginis a basi ad medium integris, in parte integra profunde implicato sulcatis, laminis innovationum longissimis, fasciculis sclerenchymaticis inferioribus 7 validis sub-

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

aequalibus, panicula ampla, ovata laxa, spiculis lanceolatis vel lineari-lanceolatis, glumis lanceolatis, glumellis breviter acuminatis muticis.

F. heterophylla Lam. (*Fr. nemoram* Leyss., *F. rubra* Fl. serb. pro parte) In graminosis regionis collinae et submontanae fere totius territorii. ♃

Innovationibus plerisque intravaginalibus, laminis obtusis valde difformibus planis, fasciculis sclerenchymaticis et inferioribus et superioribus singulis, ovario apice hispidulo.

**F. violacea* Schleich. (*F. Halleri* Pucc.) In devexitatibus regionis alpinae et subalpinae m. Stara Planina. (Adamov.) ♃

Culmis filiformibus apice tetragonis vel pentagonis, vaginis foliorum basalium cito marcescentibus demum in fibras irregulares solutis, laminis subconformibus, panicula brevi, glumellis breviter aristatis vel muticis.

F. rubra L. (*F. repens* Hegetsch.) in graminosis saxosis et in rupestribus ad Bajina Bašta, in ditione Zlatibor et in m. Kopaonik, a regione montana ad subalpinam usque. ♃

var arenaria Hackl. (*F. arenaria* Osb. — Fl. princ. Serb. p. 758.) In arenosis ad Usje (distr. Požarevac).

Innovationibus extravaginalibus repentibus, foliis innovationum complicatis angulatis, culmeis planis spiculis rubro-variegatis glumellis lanceolatis, ovario glabro.

F. fallax Thuill. (*F. rubra v caespitosa* Hackl. — *F. rubra v. subcaespitosa* Sond.) In declivibus asperis ditionis Zlatibor praecipue in m. Ivica. ♃ (Hackel Monogr. Fest p 143.)

Dense caepitosa, innovationibus extravaginalibus e basi breviter subitoque curvata erectis non vel brevissime repentibus, spiculis intense atroviolaceo-variegatis distincta.

F. pratensis (Spr.) Huds (Conf. Hackl. Monogr. Fest. p. 150. [F. elatior L. s. l.]) In pratis a planitie ad regionem praealpinam usque totius territorii. ♃

Foliis flaccidis basi rarius auriculatis superne depresso-costatis costis distantibus, panicula oblonga anthesi patula, ramo primario spiculas 4—6, secundario 1—3 gerente, spiculis lanceolatis vel lineari-oblongis, glumis lanceolatis, glumellis oblongo-lanceolatis.

F. arundinacea (Roth) Schreb. (*F. litorea* Wahlb. — *F. Phoenix* Vill.) In arenosis ad Ram et Gradište; in pratis ad Zaovine, in m. Zborište, Suva Planina, ad Soko Banja, Pirot et certe alibi a planitie ad regionem praealpinam usque. ♃

Foliis duriusculis vel rigidis, panicula composita ramo primario multispiculato secundario pluri- (3—20) spiculato, spiculis ellipticis densiuscule 4—8 floris, glumellis manifeste costatis.

F. gigantea (L.) Vill. (*Bromus giganteus* L.) In silvaticis submontanis et montanis nec non in collinis totius territorii. ♃

Foliis planis multicostatis, costis valde distantibus parum prominentibus, panicula 10—40 cm. longa nutante spiculis lineari-lanceolatis, glumellis longe aristatis, arista glumellis duplo longiore.

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

F. spadicea L. (*F. fibrosa* Grsb. — *F. aurea* Lam.) In graminosis regionis praealpinae et subalpinae m. Kopaonik, Stolovi, Suva Planina et Stara Planina. ♃

Innovationibus oligophyllis, axi oblique geotropico, culmis robustis, foliis planis rigidis duris, panicula densinscula rhachi ramisque glabris, spiculis late obovatis spadiceis vel castaneis, glumellis stramineis, palea subherbacea apice denticulata.

F. varia Haenke (*F. versicolor* Tsch. — *F. minor* Schur). In graminosis praealpinis, subalpinis et alpinis m. Kopaonik, Suva Planina, Strešer et Stara Planina. In m. Rtanj, ad altitudinem metrum 1500 occurrit forma ad *F. xanthinam* vergens. ♃

Culmis 25—35 cm. longis superne laevibus, foliis subjunceis acutissimis laevissimis, panicula ovata submutante, spiculis 4—7 floris breviter pedicellatis variegatis rhachilla scaberula.

**F. pungens* Kit. (*F. bosniaca* Kumm. et Sendtn — *F. varia* v. *croatica* Hackel.) In pascuis alpinis et subalpinis m. Kopaonik (Adamov.) ♃

Foliis junceis, ligulis brevissimis, panicula 5—7 cm. longa, ramo imo primario dimidiam paniculam aequante, spiculis brevissime pedicellatis, rhachilla vix scaberula.

F. xanthina Roem. et Schult. (*F. flavescens* Host. — Panč. Fl. princ. Serb. Addit. p. 243) In graminosis regionis montanae et praealpinae m. Štrbac, Stol (Krajin.) Rtanj, Tupižnica, Leskovik Suva Planina et Ozren. In m. Pleš provenit forma spiculis violaceo-variegatis. ♃

Foliis flaccidulis obtusiusculis, spiculis lineari-lanceolatis 3—4 floris pallide flavo-viridibus demum xanthinis, glumis obtusiusculis, glumellis manifeste acuminatis.

F. montana Marsch. Bieb. (*F. sylvatica* Host! *F. drymeja* Mert. et K.) In silvis regionis submontanae et montanae (rarius praealpinae etiam) ad Grdelica, in m. Jastrebac, Suva Planina, Kopaonik et certe alibi. ♃

Laxe caespitosa longa stolonifera, innovationibus e gemmis diageotropicis orientibus, vaginis infimis brevibus squamiformibus reliquis accrescentibus, panicula ampla, glumellis lanceolatis acutis.

F. silvatica (Poll.) Vill. (*F. latifolia* Host.) In silvaticis submontanis et montanis Serbiae borealis (in m. Strbac). ♃

Dense caespitosa absque stolonibus, foliis flaccidulis margine aculeolis antrorsum spectantibus scaberrimis, glumellis subulatis.

Nardurus Rchb.

**N. Poa* (D. C.) Boiss. (*N. Lachenalii* Godr., *Triticum Halleri* Viv.) In graminosis siccis regionis collinae ad Preobraženje (distr. vranj.), solo schistoso. (Adamov.) ♃

In Serbia provenit forma: *aristata* Boiss., glumellis longiuscule aristatis.

A variis auctoribus genus hoc cum *Festuca* conjungitur, sed

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

tamen diversum esse videtur spiculis brevissime pedicellatis in racemum simplicem (raro basi ramuloso) dispositis, rhachi ad recipiendas spiculas excavata, stigmatibus per anthesin inter glumas et paleas retentis.

Vulpia Gmel.

V. ciliata (Danth.) Lnk. (*Festuca ciliata* Danth., *F. Myuros* L. pr. p! — *V. ciliata* Pers. est teste Ascherson et Graebner Synops. p. 551 *Vulpia alopecurus* Lnk!) In arenosis et in graminosis planitiei et regionis collinae ad Aleksinac, Niš, Pirot, Vranja et Prokuplje. ⊙

V. myuros (L.) Gmel. (*F. Myuros* L. teste Ascherson et Graebn. l. c. p. 557. — *V. pseudo-myuros* Rchb. *Festuca Pseudo-Myuros* Soy. Will.) In graminosis collinis a planitie ad regionem submontanam usque fere totius territorii. ⊙

V. sciuroides (Rth.) Gmel. (*V. bromoides* Dum.) In graminosis collinis ad Donji Milanovac, Kraljevo, Bučje, Bajina Bašta, Niš, Pirot, et certe alibi. ⊙

Brachypodium P. Beauv.

B. sylvaticum (Huds.) Roem. et Sch. (*Brachypodium gracile* P. Beauv. — *Festuca sylvatica* Huds.) In silvaticis regionis submontanae et montanae. Ad Topola, Dževrin Kamen, Niš, Pirot, Vranja, Aleksinac, Leskovac, in m. Sto (distr. krajin.) et alibi. ♃

B. pinnatum (L.) P. Beauv. (*Bromus pinnatus* L. — *Brachyp. rupestre* Host, *Brachyp. caespitosum* Roem. Sch.) In lapidosis et in saxosis regionis collinae et submontanae fere totius territorii. ♃

Forma glumellis margine tantum ciliatis caeterum glabris occurrit in m. Štrbac et supra Grošnica. In m. Mučanj provenit forma macrior culmis depressioribus, spiculis paulisper minoribus paucioribusque.

Bromus L.

Br. pannonicus Kumm. et Sendtn. *var. vernalis* Panč. (*Br. vernalis* Panč. — *Br. erectus* var. *vernalis* Panč. Verh. d. zool. bot. Vez. Bd. VI. 592. — Fl. princ. Serb. p. 763 — pro spec. nov in Addit p 246.). In apricis saxosis regionis submontanae ad Brgjani, solo serpentinaceo. ♃

Rhizomate densissime caespitoso *longe stolonifero*, culmo vaginis foliisque planis *dense cinereo tomentosis*, ligula obsoleta panicula erecta *laxiuscula*, ramis inferioribus fasciculatis, spiculis lanceolatis 7—9 floris, gluma inferiore trinervia carina scabriuscula ex apice bifido aristata, arista gluma breviore, gluma superiore bicarinata glabra.

Forma eximia valde memorabilis, sed a typo indumento tantum dense molliter tomentoso diversa caeterum omnino congrua (Conf. Hackel, Oest. bot. Zeit. 1879 p 209; Ascherson et Graebner Synops. p. 581 et Velenovsky Supplem. Fl. bulg. p. 296.).

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

Br. fibrosus Hackl. Oest. bot. Zeitschr. 1879 p. 207. (*Br. transilvanicus* Schur. non Steud! *Br. variegatus* Fl. serb. non Marsch Bieb!). In graminosis siccis pro more saxosis regionis montanae et praealpinae m. Rtanj, Pleš, Bučje, Suva Planina, Basara, Kukla et Strbac (Adamov.). In Herbario Pančići vidi specimen unum e collinis arenosis ad Ram et etiam e submontanis ad Užice (Nr. 1308, 1311), sed meo sensu utraque statio probabiliter erronee indicata est. ♃

Rhizomate non *caespitoso longe stolonifero*, vaginis emarcidis *in fibras dense intertextas* solutis, culmis elatis, ligulis brevibus truncatulis, lamina foliorum lineari elevatim nervosa, *panicula laxa* ramis patentibus filiformibus, *spiculis villosis elongatis* 7—9 floris, glumis lanceolatis, glumellis quinquenervis sub *apice late scarioso* in aristam rectam abeunte.

Praeter alia inter omnes affines rhizomate stolonifero haud caespitoso vaginis dense intertextis et spiculis dense villosis excellit.

**Br. transsilvanicus* Steud. Syn. glum. I. 320. teste Hackl. l. c. p. 206 ff (*Br. erectus* Fl. serb! pro parte). In graminosis montanis et praealpinis m. Vukan, Rtanj, Leskovik, Suva Planina, Stara Planina, Kopaonik, Ploča, Golija Planina, Zlatibor, Povlen et Maljen (Adamov.). ♃

Rhizomate *dense caespitoso non repente*, vaginis emarcidis *in fibras solitarias non intertextas* solutis, culmis elatis erectis *gracilibus*, foliis *conformibus* planis anguste linearibus, ligula brevi truncatula, panicula *laxiuscula subnutante*, ramis simplicibus *capillaribus*, *monostachyis*, inferioribus *spicula vix longioribus*, spiculis oblongis, *glabris 5—7 floris* glumis inaequalibus una cum glumellis *violaceo variegatis* margine anguste scariosis, *rhachi glabra*.

Valde affinis *Br. erecto* Huds., qui tamen foliis difformibus, culmis crassioribus, panicula stricta pluristachya, spiculis minoribus, glumis et glumellis latioribus a nostro differt.

Br. erectus Huds. In graminosis montanis et praealpinis m. Kopaonik, Tara Planina et in ditione Zlatibor. ♃

Br. inermis (Lam.) Leyss. (*Festuca inermis* Lam. et Dc.; *F. speciosa* Schreb.) In collinis apricis saxosis nec non in submontanis ad margines silvarum et in graminosis fere totius territorii. ♃

Br. ramosus Huds. (*Br. asper* Murr. *Br. altissimus* Web.). In silvaticis regionis submontanae et montanae totius territorii. ♃

Br. sterilis L. (*Br. jubatus* Ten., *Br. distichus* Mnch.) In graminosis ad margines vinearum, in nemorosis et in ruderatis usque ad regionem montanam. ♃ et ⊙

Br. tectorum L. (*Br. murorum* Bernh.). In ruderatis, graminosis, pascuis siccis et in dumetis a planitie ad regionem montanam usque frequentissimum.

Br. secalinus L. (*Br. segetalis* A. Br., *Br. mutabilis* F. Sch.). In campestribus et inter segetes planitiei et regionis submontanae. ♃ et ⊙

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

Br. arvensis L. (*Br. multiflorus* Weig., *Br. versicolor* Poll.). In ruderatis, in campestribus et in arvis totius territorii ad regionem praealpinam usque. ⊖ vel ⊙

**var splendens* Vfl. Ramis inflorescentiae plerisque simplicibus, spiculis valde elongatis lineari-oblongis glabris 8—11 floris, glumellis elongato-lanceolatis toto margine scariosis nitidis elevatim 7 nerviis, glumis valde inaequalibus. An ♃?

In graminosis et pascuis montanis et praealpinis ad Balta-Berilovac, ad pedes m. Stara Planina. Varietas memorabilis sed, ut jam cl. Velenovsky monet (Fl. bulg. p. 618.) transit evidenter in typum genuinum.

Br. racemosus L. (*Br. neglectus* Nym.). In graminosis, pratis, pascuis et in sterilibus totius territorii ad regionem montanam usque. ⊙ et ⊖

Br. mollis L. (*Br. hordeaceus* L., *Br secalinus* β. L.). In collinis, campestribus siccis et in pascuis usque ad regionem montanam. ⊙ et ⊖

Br. commutatus Schrad. (*Br. pratensis* Ehr. *Br. simplex* Gaud.). In graminosis et in campestribus planitiei et regionis submontanae. ⊖ vel ⊙

Br. japonicus Thunb. (*Br. patulus* Mert. et K., *Br. multiflorus* Lam.). In campestribus, in apricis collinis et in graminosis usque ad regionem submontanam. ⊖

Br. squarrosus L. In graminosis et pascuis siccis a planitie ad regionem submontanam usque totius territorii. Planta valde polymorpha. ⊙ et ⊖

Br. scoparius L. (*Br. confertus* Marsch. Bieb., *Br. humilis* Cav.). In graminosis siccis regionis collinae ad Vranja, Leskovac et Niš. ⊙ et ⊖

Culmis humilibus, foliis sparsim pilosis, panicula confertissima ovata ramis brevissimis, spiculis subsessilibus 6—8 floris, glumis acutiusculis subinaequalibus ab affinibus distinctus.

Agropyrum Gaertn.

A. caninum (L.) P. Beauv. (*Triticum caninum* L., *Elymus caninus* L.) In silvis regionis submontanae et montanae. In m. Javor, Golija, Kopaonik, Suva Planina, Stara Planina, Biljanica, prope Ravanica, Rakovica et alibi. ♃

A. panormitanum (Bert.) Parl. (*Triticum panormitanum* Bert., *Tr. petraeum* Vis. et Panč. Pl. serb. rar. a. novae N. X. p. 24.) In saxosis ad Dževrin Kamen, in m. Štrbac, Pljačkavica et Rasovati Kamen, a regione collina ad montanam usque. ♃

Culmis elatis laevibus, foliis scabridis multinerviis, ligula obsoleta, spica 10—15 cm. longa, spiculis distichis sessilibus, rhachidi hinc convexa hinc plana, glumis laevibus inaequalibus apice in mucronem productis, glumella inferiore callo suffulta margine superne scabra apice in aristam duplo longiorem producta, superiore oblonga apice inaequaliter truncata.

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

Species distinctissima, characteribus hic expositis ab affinibus longe diversa.

A. repens (L.) P. Beauv. (*Triticum repens* L.) In graminosis ad sepes in campis et in ruderatis a planitie ad regionem montanam usque totius territorii. ♃

Planta valde variabilis, provenit in pluribus formis et varietatibus.

A. intermedium (Host.) P. Beauv. (*Triticum intermedium* Host., *A. rigidum* Presl.) In dumetis, ad sepes, in collinis et graminosis siccis frequentissimum, a planitie ad regionem montanam usque. ♃

A. glaucum (Dsf.) Roem. Sch. (*Triticum glaucum* Dsf.) In graminosis collinis et ad sepes totius territorii. ♃

Var. virescens Panč. Verh. d. zool. bot Ver. Bd. VI. p. 588. (*Triticum virescens* Panč. Fl. agr. belgr.) A typo culmis depressioribus, spiculis minoribus glumis et glumellis omnino viridibus diversum. In pascuis siccis ad Karaburma, Božurnja, Niš, Supovac et Ploča.

var. trichophorum Lnk. pro specie (*Agropyrum trichophorum* Richt.) In pascuis siccis regionis collinae. (Conf. Panč. Verh. d. zool. bot. Ver. VI. p. 588. *Tr. glaucum* c) *pilosum* Panč.)

A. cristatum (Schreb.) P. Beauv. (*Triticum cristatum* Schreb.) In saxosis et in rupestribus praesertim calcareis regionis collinae et submontanae (raro etiam montanae). ♃

A. villosum (L.) Lnk. (*Secale villosum* L., *Triticum villosum* Marsch. Bieb., *Haynaldia villosa* Schur.) In campestribus, pratis siccis, ruderatis et ad vias regionis collinae et submontanae totius territorii. ☉

Observ. *T. imbricatum* Fl. nissanae, ut e speciminibus ad Niš lectis edoctus sum, est verum *A. villosum* (L.) Lnk.

Triticum L.

T. monococcum L. *var. baeoticum* Boiss. (pro spec.) [*Tr. baeoticum* Boiss. — *Tr. nigrescens* Panč. Conf. Aschers. et Graebn. l. c. p. 701.] ☉

A typo differt spica tenuiore 5—12 cm. longa, spiculis minoribus semper bifloris tantum, glumis 7 mm. longis.

In graminosis et ad sepes circa Aleksinac, ad pedes m. Ktanj, supra Kaznović et ad Preobraženje, in regione collina ad submontanam usque.

Aegilops L.

**Ae. triuncialis* L. (*Triticum triunciale* Gr. et Godr.) In graminosis siccis regionis collinae ad Vranja, Lebane, Prokuplje et Niš. (Adamov.) ☉

Ae. triaristata Willd. (*Triticum triaristatum* Gr. et Godr.) In campestribus et in pascuis siccis Serbiae austro-orientalis, a planitie ad regionem submontanam usque. ☉

Ae. ovata L. (*Triticum ovatum* Gr. et Godr.) In arenosis, pascuis siccis planitiei et regionis collinae fere totius territorii. ☉

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

Ae. cylindrica Host. (*Ae. caudata* Grsb.) In campestribus, pratis siccis et graminosis regionis collinae et planitiei fere totius territorii. ⊙

Secale L.

S. montanum Guss (*S. strictum* Pr.) In graminosis submontanis et montanis ad pedes m. Stara Planina, Basara, Suva Planina, Motina, Kopaonik et probabiliter alibi. ♃

S. fragile Marsch. Bieb. (*S. glaucum* D'Urv.) In arena mobili planitiei ad Negotin, Kladovo, Usje, Gradište et Ram. ⊙

Elymus L.

E. crinitus Schreb. (*E. intermedius* Marsch. Bieb.) In graminosis siccis et in glareosis planitiei et regionis collinae Serbiae orientalis et meridionalis. ⊙

E. europaeus L. (*Hordeum silvaticum* Hud.) In silvaticis regionis submontanae et montanae fere totius territorii. ♃

Hordeum L.

H. bulbosum L. In graminosis regionis submontanae et planitiei Serbiae orientalis. ♃

H. secalinum Schreb. (*H. pratense* Huds.) In saxosis et in pascuis siccis collinis Serbiae orientalis et meridionalis. ♃

H maritimum With. In ruderatis, ad vias, in campestribus et in desertis planitiei et regionis collinae totius territorii. ⊙

Examinavi permulta specimina hujus speciei sed ubique tantum typicum *H. maritimum* reperi potui. An tamen *H. Gussoneanum* Parl. etiam in Serbia provenit, ut a nonnullis auctoribus affirmatur, descernere nequeo.

H. murinum L. In ruderatis, ad vias, in campestribus et in graminosis siccis a planitie ad regionem montanam usque totius territorii vulgatissimum. ⊙

Lolium L.

L. perenne L. In graminosis, ruderatis et ad vias totius territorii a planitie ad regionem montanam usque. ♃

L. italicum A. Br. (*L. multiflorum* Lam.) In arvis et in campestribus ad Niš, Knjaževac et Belgrad, in planitie. ♃

L. remotum Schek. (*L. linicola* Sond., *L. linicolum* A. Br.) In campestribus regionis collinae et planitiei ad Zavlaka (distr. podrinj.) ⊙

L. temulentum L. Inter segetes regionis collinae et planitiei totius territorii. ⊙

Forma *mutica* videtur rarius quam forma *aristata* in Serbia provenire.

Pholiurus Trin.

Ph. pannonicus (Kth.) Trin. (*Rottbellia pannonica* Host. *Lep-*

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

tarus pannonicus Kth.) In pascuis et graminosis regionis collinae ad Oblačinska et Bilješka Bara. ⊙

Psilurus Trin.

P. nardoides Trin. (*Nardus aristata* L.) In graminosis siccis saxosis regionis collinae Serbiae orientalis et meridionalis. ⊙

Nardus L.

N. stricta L. In pratis subalpinis et alpinis m. Kopaonik, Golija Planina, Željin, Strešer, Besna Kobila, Suva Planina et Stara Planinva.

Cyperaceae.

Cyperus L.

C. longus L. In paludosis, aquis stagnantibus, fossis et ad rivulos planitiei ad Brza Palanka, Kladovo, Smederevo, Višnjica et certe alibi. ♃

*var. *tenellus mihi.* Culmis minus elatis, inflorescentia gracili, tenella, panciore. In pratis humidis ad Trebešinje (distr. vranj. leg. Ničić, Herb. Panč. N. 468.) in planitie.

C. badius Dsf. (*C. Preslii* Herb. Panč. non Parl! — *C. tenuiflorus* Herb. Panč. nec Guss! — *C. thermalis* Panč. Herb. N. 454.) In pratis humidis et in paludibus ad thermas Jošanička Banja. ♃

C. rotundus L. (*C. olivaris* Targ. — *C. radicosus* Sibth. Sm.) In arenosis ad Cuprija, in planitie. Specimen unicum quod in Herb. Panč. objacet caret omnino napulis, ita ut valde dubitandum est an ipsum ad speciem mentionatam pertinere posset. ♃

C. glomeratus L. (*C. australis* Schrad.) In rivis et in aquis lente fluentibus et stagnantibus planitiei totius territorii. ⊙

C. glaber L. (*C. banaticus* Kit. — *C. patulus* Kit.) In paludosis et in arenosis humidis planitiei fere totius territorii. ⊙

C. fuscus L. (*C. virescens* Hoffm.) In udis, paludosis et in arenosis humidis planitiei fere totius territorii. ⊙

C. Monti L. f. In paludosis planitiei ad Loznica, Karaburma, Višnjica, Smederevo, Tekija, Kladovo et inter Sip et Dževrin. ♃

C. flavescens L. Ad ripas et in arenosis humidis planitiei et regionis submontanae fere totius territorii. ⊙

C. pannonicus Jacq. In arenosis humidis regionis collinae et planitiei ad Vitanovac et Slatina. ⊙

Schoenus L.

S. ferrugineus L. In udis et in paludosis nec non in pratis humidis regionis montanae et praealpinae m. Kopaonik, Golija, Željin, Tara, Zlatibor, Vlasina, Besna Kobila et Stara Planina. ♃

Heleocharis R. Br.

H. acicularis (L.) R. Br. (*Scirpus acicularis* L. — *Isolepis acicularis* Schl.) In fossis, aquis uliginosisque planitiei praecipue Serbiae borealis. ⊙

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

H. uniglumis (Lnk.) Schult. (*Scirpus uniglumis* Lnk. — *H. affinis* C. A. M.) In uliginosis et in fossis planitiei et regionis submontanae ad Zaovine et Ciganlija prope Belgrad. ♃

H. palustris (L.) R. Br. (*Scirpus palustris* L.) In paludosis et in pratis humidis totius territorii frequentissima, ad regionem montanam usque. ♃

*var. *majuscula* Adamov. in Allg. bot. Zeitschr. 1896 N. 8. Planta valida, robusta, gigantea, culmis 80—120 cm. altis, 3—6 mm. (diamet.) latis, spica 20—30×6—10 mm. In uliginosis et ad fossas planitiei ad Vranja.

Scirpus L.

S. silvaticus L. In rivularibus silvaticis et in uliginosis regionis montanae et praealpinae totius territorii. ♃

S. radicans Schrk. In paludosis et in udis praesertim regionis montanae et submontanae. Ad Ribnica, Semeteš et certe alibi. ♃

S. maritimus L. (*S. compactus* Krock.) In aquis stagnantibus in paludosis et in uliginosis planitiei ad regionem montanam usque per totum territorium. ♃

S. lacustris L. In paludibus et in aquis a planitie ad regionem montanam usque per totum territorium. ♃

S. Tabernaemontani Gm. (*S. glaucus* Sm.) In paludosis et in uliginosis planitiei Serbiae borealis et borealis-orientalis. Ad Karaburma, Višnjica, Negotin. ♃

S. triqueter L. In udis et in paludosis planitiei Serbiae septentrionalis. Ad Višnjica, Grocka, Smederevo et certe alibi. ♃

S. mucronatus L. (*S. glomeratus* Scop.) In uliginosis et in paludosis apud Grabovačka et Kriva Bara ♃

S. caespitosus L. In paludosis regionis montanae et praealpinae m. Stara planina (Adamov.) ♃

S. pauciflorus Light. (*S. Baeothryon* Ehrh.) In paludosis regionis submontanae et montanae (raro etiam in planitie). ♃

S. parvulus Roem. Sch. (*S. nanus* Spr.) In uliginosis planitiei apud Jasika (distr. jagodin.) ♃

S. Michelianus L. (*Dichostylis Micheliana* Nees., *Fimbristylis Micheliana* Rch.) In arenosis humidis et in paludosis regionis collinae et planitiei fere per totum territorium. ☉

S. Holoschoenus L. (*Holoschoenus vulgaris* Lnk.) In paludosis et in uliginosis planitiei et regionis submontanae totius territorii. ♃

S. setaceus L. (*Isolepis setacea* R. Br.) In arenosis humidis et in paludosis planitiei praecipue Serbiae septentrionalis. ☉

S. supinus L. (*Isolepis supina* R. Br.) In paludosis et in arenosis humidis planitiei fere totius territorii. ☉

Blysmus Panz.

B. compressus (Pers.) Panz. (*Scirpus compressus* Pers. — *Sc. Caricis* Retz.) In pascuis humidis et in udis regionis collinae et

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

planitiei ad praealpinam usque. In m. Kopaonik, Golija, Čemerno, Stolovi, in ditione Zlatibor, Zaovine, Vlasina, in m. Stara Planina. ♃

Eriophorum L.

**E. vaginatum* L. In spongiosis et turfosis regionis praealpinae et subalpinae m. Stara Planina. (Adamov.) ♃

E. latifolium Hpe. (*E. polystachyum* L. var. β.) In pratis uliginosis regionis montanae et praealpinae per totum territorium. ♃

E. angustifolium Rth. (*E. polystachium* L. var. α.) In pratis paludosis et in spongiosis regionis montanae et praealpinae (raro etiam in submontanis). ♃

**E. gracile* Koch. (*E. triquetrum* Hpe.) In turfosis et spongiosis montanis et praealpinis lacus Vlasina et in ditione Poljanica. (Adamov.)

Fimbristylis Vahl.

F. dichotoma Vahl. (*F. pallescens* Nees.) In arenosis humidis ad Vlasotinci Lebani et Leskovac (leg. G. Ilić) et alibi in oryzetis (?) Serbiae meridionalis (teste Jurišić. Prosv. Glasn. 1901. fasc. 7.). ☉

Carex L.

C. Pseudocyperus L. In turfosis planitiei ad Negotin, in paludosis submontanis ad Blaca et Semeteš. ♃

C. riparia L. In aquis stagnantibus et in paludibus planitiei ad Makiš, Palanka Tekija, Kladovo et certe alibi. ♃

C. paludosa Good. (*C. acuta* Curt. non L. —, *C. acutiformis* Ehrh.) In paludosis planitiei et regionis submontanae ad Jagnjilo, Zlot. Bare. Tekija ♃

var. *Kochiana* DC. In udis ad Karaburma.

C. nutans Host. In paludosis in stagnis et in udis planitiei ad Negotin, Kladovo, Niš, Makiš, Kusjak. Požarevac, Jagodina et alibi. ♃

C. vesicaria L. In udis et uliginosis planitiei et regionis submontanae. Ad Kusjak, Vranja, Makiš, Zlot, Negotin et alibi. ♃

C. ampullacea Good. (*C. vesicaria* Huds! *C. obtusangula* Ehrh.) In pratis humidis regionis submontanae et montanae m. Kopaonik, Stara Planina et ditionis Zlatibor.

**forma: robustior mihi.* Culmis elatioribus crassioribus, foliis longioribus et latioribus, utriculis majoribus. In pratis humidis et in turfosis lacus Vlasina.

C. filiformis L. (*C. lasiocarpa* Ehrh.) In paludosis et in pratis humidis praecipue regionis submontanae et montanae (etiam in lacu Vlasina). ♃

C. hirta L. (*C. hirtaeformis* Pers.) In graminosis siccis, in lapidosis et ad vias a planitie ad regionem montanam usque totius territorii. ♃

C. pendula Huds. (*C. maxima* Scop.) In paludosis, in aquis stagnantibus et lente fluentibus a planitie ad regionem submontanam usque. Ad Topola. Kragujevac, Makiš, secus flumen Rzav et alibi. ♃

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

C. silvatica Huds. (*C. drymeja* Ehrh.) In paludosis silvaticis regionis submontanae et montanae. ♃

C. strigosa Huds. (*C. leptostachys* Ehrh.) In silvis humidis, ad ripas rivulorum regionis submontanae ad Topola (Herb. Panč. N. 411.) ♃

C. hordeistichos Vill. (*C. hordeiformis* Th.) In rivularibus et in gaminosis humidis nec non in pratis hyeme inundantibus a regione collina ad montanam usque. ♃

C. brevicollis D.C. (*C. rhynchocarpa* Heuff.) In silvaticis saxosis, in lapidosis in dumetis et nemoribus regionis collinae et submontanae praesertim Serbiae orientalis. ♃

C. Michelii Host. (*C. rostrata* Hpe.) In pascuis saxosis, in nemorosis et in silvaticis regionis collinae et montanae. ♃

C. distans L. (*C. neglecta* Degl. — *C. perdistans* Panč.) In graminosis humidis et in irriguis collinis et montanis totius territorii. ♃

Specimina e monte Stol (Herb. Panč. N. 214.) quae Pančić sub specie nova salutavit nullo modo a typica, genuina forma discernere possum.

**C. Hornschuchiana* Hpe. (*C. fulva* Host. — *C. Hosteana* D.C.) In paludosis planitiei ad Negotin. (Adamov.) ♃

**C. fulva* Good. (*C. flavescens* Host., *C. biformis* Schs.) In paludosis et in uliginosis planitiei ad Negotin. (Adamov.) ♃

C. flava L. (*C. patula* Tsch.) In pratis humidis, in paludosis et turfosis praecipue regionis montanae et praealpinae per totum territorium dispersa. ♃

Var. *lepidocarpa* Tsch. In spongiosis praealpinis m. Kopaonik.

C. depauperata Good. (*C. triflora* Schrk. — *C. ventricosa* Curt.) In graminosis et in silvis a regione collina ad montanam usque, praesertim Serbiae orientalis. ♃

C. tristis Marsch. Bieb. In graminosis alpinis montis Suva Planina et Stara Planina (Adamov.) ♃

Ab affini *C. sempervirenti* Vill. differt: foliis latioribus planis, spiculis nigris saepius androgynis, utriculis lanceolatis in rostrum longum sensim attenuatis glumas longe excedentibus.

C. tenuis Host (*C. brachystachys* Schrk.) In saxosis montanis et praealpinis ditionis Zlatibor et m. Kopaonik. ♃

C. semperrirens Vill. (*C. ferruginea* Schrk.) In graminosis et rupestribus subalpinis et alpinis m. Stara Planina et Suva Planina ♃

Culmis strictiusculis, foliis anguste linearibus firmis, spiculis paulisper approximatis terminali solitaria mascula, utriculis papilloso-puberulis.

C. laevis Kit. In graminosis praealpinis, subalpinis et alpinis Serbiae austrooccidentalis. In m. Kopaonik, Stolovi, Mučanj et in ditione Zlatibor. ♃

A praecedenti quacum arcte cognata est, dignoscitur foliis rigidulis plicatis anguste lineari-filiformibus glaucescentibus, vaginis radicalibus brunneis firmis nitidis denique in fibras parallelas solutis.

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

C. digitata L. In dumosis saxosis et in silvaticis a regione collina ad montanam usque per totum territorium. ♃

**var bulgarica* Vel. Fl. bulg. p. 580. Spiculis ad apicem culmi valde approximatis, mascula lineari-oblonga multiflora spiculas femineas superanti vel iis aequilonga, spiculis femineis sat densifloris rectis, glumis brunneis late obovato-rotundatis utriculum totum amplectentibus. — In silvis regionis montanae superioris m. Stara Planina (Adamov.)

C. ornithopodioides Hausm. (*C. reclinata* Fauch.) In pascuis praealpinis et subalpinis m. Kopaonik et Golija Planina. ♃

A sequenti, quacum arcte cognata est, dignoscitur praecipue, culmis depressioribus in parte superiore etiam foliosis, vaginis glabris et laminis rigidis profunde carinatis revolutis, margine glabris.

**C. ornithopoda* Willd. In pascuis saxosis regionis subalpinae et alpinae m. Kopaonik (Adamov.) ♃

C. Halleriana Asso (*C. gynobasis* Vill. — *C. alpestris* All.) In saxosis et in rupestribus calcareis regionis collinae et submontanae (raro etiam montanae) Serbiae orientalis. ♃

C. basilaris Jord. (*C. transsilvanica* Schur.) In pascuis saxosis schistosis et siliceis ad Tekija nec non in silvaticis ad Niševci, in regione submontana et collina. ♃

C. humilis Leyss. (*C. clandestina* Good.) In pascuis saxosis et in lapidosis a regione collina ad praealpinam usque. In m. Stol (distr. Krajin.) Rtanj, Suva Planina, Belava, Basara, Kopaonik, Mučanj, in ditione Zlatibor et alibi.

C. praecox Jcq. (*C. verna* Chx.) In pascuis siccis, in lapidosis et in graminosis saxosis a planitie ad regionem montanam usque vulgatissima. ♃

C. ericetorum Poll. (*C. membranacea* Hpe. — *C. approximata* All.) In graminosis et in pascuis praesertim regionis montanae et praealpinae m. Kopaonik, Stolovi, sed descendit hinc inde etiam in regionem collinam, ex. gr. ad. Grošnica, Banjica. ♃

C. montana L. (*C. collina* Willd.) In dumetis, locis apricis silvaticis a regione collina ad montanam superiorem usque. ♃

C. tomentosa L. (*C. sphaerocarpa* Ehrh.) In nemorosis, in dumetis et in pratis a planitie ad regionem submontanam usque. ♃

C. pilulifera L. (*C. decumbens* Ehrh.) In pratis et in silvis regionis montanae et praealpinae m. Javor, Kopaonik, Golija Planina et certe alibi. ♃

C. glauca Murr. (*C. recurva* Huds., *C. glauca* Scop., *C. flacca* Schreb.) In humidis, dumetis et in pratis ad regionem montanam usque. ♃ Ad Valjevo, Vrnjci, Zaovine, Užice, Niš, in m. Čemerno, Ivica, Miloševac.

C. claviformis Hpe. In pratis submontanis ad Jelakca ad pedes m. Željin. (Conf. adnotationem ad. calc. pag. 714. Fl. princ. Serb.) ♃

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

C. pallescens L. (*C. undulata* Kze.) In pratis et in graminosis silvaticis a regione submontana ad praealpinam usque. In m. Kopaonik, Stara Planina, Suva Planina, Golija, Biljanica, Maljen, Tisovica, Kadijin Kamen, Zlatibor. ♃

C. nitida Host (*C. oboesa* Auct! non All.!) In asperis submontanis m. Crni Vrh (Crna Gora apud Panč. in Fl. princ. Serb. p. 716. sub C. oboesa!) Serbiae orientalis et in arenosis ad Kladovo. Planta de monte Crni Vrh. pertinet ad formam: *C. conglobata* Krt., ut jam Pančić (l. c.) adnotavit.

C. alba Scop. (*C. argentea* Chx.) In graminosis et pascuis submontanis et montanis m. Stolovi (distr. čačak.) ♃

C. pilosa Scop. In dumosis et in silvaticis regionis submontanae et montanae m. Stara Planina, Crni Vrh. prope Jagodina, Tisnica et inter Majdanpek et Donji Milanovac. ♃

C. panicea L. In pratis et in graminosis humidis regionis collinae submontanae et montanae.. In m. Stara Planina, circa Niš, Barje et Zlatibor. ♃

Non sum expertus an planta e ditione Zlatibor huc pertinet vel potius ad *C. vaginatam* Tsch. (ut jam Pančić l. c. p. 715. monet) nam e specimimibus sat incompletis quae mihi objacent extricare nequeo.

C. limosa L. In spongiosis et in turfosis regionis montanae superioris, in lacu Vlasina et in m Ostrozub. ♃

C. atrata L. (*C. castanea* Miel. — *C. aterrima* Hpe). In lapidosis et rupestribus regionis alpinae m. Stara Planina (in cacuminibus Midžor et Kopren). ♃

C. stricta Good. (*C caespitosa* Gay. non L!) In pratis et in paludosis a planitie ad regionem montanam usque. In stagno Makiš, in silvaticis ad Topčider (Košutnjak), secus flumen Morava prope Čačak et Ibar prope Ušće, nec non alibi. ♃

* *C. Buekii* Wimm. (*C. banatica* Heuff.) In salicetis et in pratis siccioribus planitiei ad Pirot. (Adamov.) ♃

Sequenti persimilis, sed diversa praecipue foliis fasciculorum sterilium longissimis (1—2 m.) saturate viridibus tricostatis, spiculis angustioribus et longioribus, utriculis vaginisque minoribus.

C. acuta L. In pratis humidis, in paludosis et ad rivulos a planitie ad regionem submontanam usque. Prope Karaburma, Makiš, Ciganlija, Kladovo, Niš, Pirot, Jelakca. ♃

C. caespitosa L. (*C dacica* Heuff.) In paludosis et in turfosis a planitie ad regionem praealpinam usque. Prope Negotin, Popović, in spongiosis m. Stara Planina (Kopren et Tri Čuke). ♃

C. aquatilis Whlnb. In paludosis et in salicetis inundantibus inter Belgrad et Zemun (Conf. Herb. Panč. N. 353.) ♃

C. vulgaris Fr. (*C. caespitosa* Good! non L!) In paludosis et in spongiosis a planitie ad regionem praealpinam usque fere totius territorii. ♃

© Biodiversity Heritage Library, http://www.biodiversitylibrary.org/; www.zobodat.at

C. leporina L. In paludosis et in pratis humidis a planitie ad regionem montanam usque per totum territorium. ♃

C. Schreberi Schrk. (*C. praecox* Schreb! — *C. curvata* Knf.) In pascuis et in graminosis collinis per totum territorium vulgatissima. ♃

C. brizoides L. In graminosis silvaticis et in pratis siccioribus regionis collinae et submontanae, sed hinc inde etiam in montes adscendens. ♃

C. echinata Murr. (*C. stellulata* Good.) In pratis humidis et in spongiosis regionis montanae et praealpinae m. Kopaonik, Golija, in ditione Zlatibor et Vlasina, in m. Strešer et Stara Planina. ♃

C. remota L. (*C. tenella* Sm.) In silvaticis et in umbrosis nec non in udis et uliginosis regionis submontanae et montanae per totum territorium. ♃

C. canescens L. In spongiosis et turfosis regionis montanae et praealpinae m. Kopaonik, Golija Planina, lacus Vlasina et Dajića Jezero et in Stara Planina. ♃

C. vulpina L. (*C. nemorosa* Rebex.) In pratis humidis in aquaticis et in uliginosis per totum territorium late dispersa usque ad regionem alpinam. ♃

**Subspec. compacta* Vel. Fl. bulg. p. 576. Foliis angustioribus, spiculis minoribus in spicam densissimam compactam basi paulisper interruptam congestis, glumis ovato rotundatis brevissime mucronatis, utriculis dimidio minoribus in rostrum scaberrimum brevius abrupte contractis. — In graminosis humidis ad Pirot et Vranja (Adamov).

C. muricata L. In graminosis, in saxosis et in silvaticis usque ad regionem praealpinam totius territorii. ♃

C. divulsa Good. (*C. virens* Auct., *C. contigua* Hpe.) In silvaticis et graminosis a planitie ad regionem montanam usque. ♃

C. paniculata L. In pratis et in paludosis a planitie ad regionem praealpinam usque per totum territorium dispersa. ♃

C. paradoxa Willd. (*C. canescens* Host.) In pratis humidis et in paludosis praecipue regionis montanae et praealpinae. In m. Kopaonik, in lacu Semeteš, Vlasina, in ditione Zlatibor et alibi. ♃

C. teretiuscula Good. (*C. Ehrhartiana* Hpe) In paludosis, in pratis humidis et in spongiosis praesertim planitiei. ♃

C. disticha Huds. (*C. intermedia* Good. — *C. repens* Auct. non Bell!) In pratis humidis et in paludosis submontanis m. Odvraćenica (distr. užic.) ♃

C. divisa Huds. (*C. splendens* Pers. — *C. schoenoides* Host.) In graminosis, in pratis et in arenosis humidis ad regionem montanam usque. ♃

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Ungarische Botanische Blätter

Jahr/Year: 1904

Band/Volume: 3

Autor(en)/Author(s): Adamovic Lujo

Artikel/Article: Revisio Glumacearum serbicarum. 133-162